

3183

C O D I C E S

3184

ptis agit *Petrejus* in *Bibl. Ord.* p. 195.

DCCCCXLVIII.

- 864 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 190. 12. caractere minuto exaratus, minio distinctus, et 4. iconibus rudi opere xylographico e Domini Passione depromtis ornatus, Precatorius est, praecedente *Calendario*, in quo *Epiphania der oberist Tag*, B. V. *Annuntiatio Vnser Frawen Beclieb*, Assumptio vero *Vnser Frawen Burczweib* dicitur. Continet vero *Psalms VII. de Poenitentia* dictos cum *Litaniis* OO. SS. in quibus cum nominatim invocetur *S. Pöllt*, Preces has in *D. Hippolyti* Oppido *Austr.* infer. conscriptas esse, credibile fit; id quod et dialectus suadet multa propria subpeditans. Sequuntur Preces de *Passione Domini*, *Dedicatione Templi*, *Formula Confessionis Peccatorum*, *Horae et Missa de B. V. Maria*, aliaque ad eam directa Pietatis simplicissimae Exercitia, quibus plerumque praemittitur *Methodus* quaedam aut *Commendatio* intutis traditionibus fulta.

DCCCCXLIX.

- 497 Codex membraneus germ. Sec. XVI. Folior. 100. 4. nitidissime exaratus, Literis initiorum auro, coloribusque conspicuus, titulisque omnibus miniatis ἐγγοδιωκτῆρῳ habuit *Albertum Brandenburgicum* Card. Electorem et Archiep. Mo-

guntinum, ut ad calcem docetur frequentibus: *Got dem almechtigen zu lob und milter betrachtung des bitteren leydens Jesu cbristi vnser seligmachers. Durch den Hochwürdigsten in got vater Herrn Albrechten Cardinaln Legatum natum Erzbischoffen zu Magdeburg und Meyntz &c. Bestalt und geschriben In der Ertzbischofflichen stad Hall Anno domini. 1537. Geendet am 25 tag Septembris. Complectitur vero pias in Vitam et Passionem Christi Meditationes seu Precationes potius hoc rubro: Von dem gantzen Leben des Milters Gottes und der Menschen Jesu christi. Zum ersten, eyn Dancksagung und gebete, gott zu loben, vnd leyttende zu andacht. Initium: Got meyn herr, ich beger dich zu loben, wan dich zu loben bekenne ich mich beschaffen seyn. &c. Sequitur Meditatio de creatione et lapsu primi hominis, de ejus revocatione per Verbi incarnationem, de Partu Virginis &c. Ultima Precatio est de quinque Plagis Servatoris, in qua Autor, quisquis is fuerit, subfragiis DD. Hieronymi et Catharinae se commendat. Unde conjectare licet, illum olim peregrinationem ad Loca sacra *Palaeestinae* suscepisse, visitasseque *Hieronymi* in *Bethlehem* et *Catharinae* in Monte *Sinai* memorias. Id quod factum constat a *Bernardo de Breidenbach* Ecclesiae *Mogunt.* Camerario et Decano a. 1483. cujus *Itinerarium* pluribus linguis Sec. etiamnum XV. vulgatum fuisse norunt Eruditi. Sed haec coniectura. Quod porro*